

caciter et inclinant, quod exnunc sibi ac per eum ecclesie sue per nos promissa denuo^a sincere promittimus debitum perducere in effectum, prout de hiis per litteras nostras ipsi datas erimus informati. Ad hec bone consciencie testimonio eidem ac predictae sue ecclesie pollicemur nos ipsum ab omnibus et singulis debitis, sorte vel accrescenciis, in quibus quibuscumque Iudeis obligatus est vel esse dinoscitur, debere quitare in toto et absolvere et omnimodis reddere liberum et indempnem. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostri sigilli munimine iussimus communiri.

Datum Auguste pridie Kalen. Septembris anno domini M^o CCC^{mo} quintodecimo, regni vero nostri anno primo.

17.

1316 Okt. 6 Ingolstadt¹.

Nos Ludowicus^b dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod in nostrarum ac progenitorum nostrorum animarum remedium et salutem Cunradum^c villicum in Nazzenvels^d, villicum dictum Engilbreht in Egweil necnon Berchtoldum dotarium, ibidem residentem^e, qui nobis ac heredibus nostris tytulo proprietatis hactenus pertinebant, in subsidium luminum in ecclesia Eystetensi apud gloriosum pontificem Gundekarum per nos de novo instituendorum venerabili Philippo^f Eystetensi episcopo et successoribus suis necnon ecclesie predictae iure simplicis proprietatis et pleni dominii per ipsam de cetero possidendos de certa nostra sciencia et gracia speciali donavimus et donamus, nobis aut heredibus nostris in eisdem nullo iure vel servicio penitus reservato. In cuius rei testimonium presentes litteras mayestatis nostre sigillo duximus communiri.

Datum in Ingolstat II. Non. Octobr. anno domini M^o CCC^o sextodecimo, regni vero nostri anno secundo.

a) Kopialbuch: 'tenuo'. b) C 'Ludewicus'. c) C: 'Chunrad'.
d) C: 'Nazzenvels'. e) Kopialbuch: 'residentes'. f) C: 'Phylippo'.

1) Original im K. B. Allgem. Reichsarchiv zu München, von kleinem Format, mit unterem Bruchstücke des Siegels an Pergamentstr. Dorsuale: 'Rex Lud' super hominibus datis ad lumen capelle sancti Gundekari episcopi'. Kopialbuch fol. XXX'. Rubrum: 'Instrumentum regis Ludewici super hominibus datis ad lumen perpetuum in cappella S. Kund'.